

Sermon from the notebook of John of Dąbrówka*¹

Manuscript: **BJ 1635, f. 146r-146v**

Sancti Stanislai martyris

[Thema] **[F]ac tibi duos cherubin superductiles ex auro purissimo** [Cf. Ex 37,7 or 25,18]

Duo cherubin sunt beatus Stanislaus et beatus Venceslaus. Expone prius quomodo sunt duo cherubin, quorum est illuminare, purgare et inflammare; et quomodo ex auro purissimo per innocenciam et quomodo ductiles per martyrium.

Hii figurati fuerunt per Abraham et Melchisedech sacerdotem qui obtulit panem et vinum. Sic beatus Venceslaus vincens hostes, scilicet mundum, carnem et voluntatem; beatus Stanislaus offerens panem et vinum in altari.

Item per Moyses et Aaron. Moyses dux dicens de Egypto populum, Aaron sacerdos legem exponens populo et docens. Sic isti: Venceslaus dux, Stanislaus sacerdos.

Item per David et Samuelem. David rex pugnavit pro populo Dei, et Samuel prophetavit. Sic beatus Venceslaus pugnat pro Christo, et Stanislaus prophetavit.

Item per [146v] Simonem et Iudam. Vide in le[genda].

Item per b[eatum] Ven[ceslaum?] et Val[erianum].

Item Iosue et Eleazarum.

Appropria, ut vis.

¹ Sermon no. XL in Kuzmová, *Preaching Saint Stanislaus*.